



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Incipiens ab exordio Imperij Arcadij & Honorij Augustorum, Anno Domini  
CCC. XCV. perueniens vsque ad CCCC. XL. continet annos XLV. ita  
dispositus, vt commodè sextus tomus à S. Leone Magno Pontifice Maximo  
inchoetur

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 413. Innocentii Pap. Annus 12. Honor. 19. Theod. 6.  
Impp.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14566**

LXIV. Haud dubium divina eum oportuit visione admonitum, qui ad se ea in re haerentis refractariam exhibuerat. Subdit vero ex eodem auctore ista Nicephorus: Illi vero minus vere dicere videntur, qui Cyrillum libros alios Magni Patris aboleuisse perhibent. Nam si qua scriptura eius aboleretur: hac qua ad hunc extant, quod consilium institutumque eius in eis maxime expressum est. abolita oportuisset: nisi Deus vilitate hominum curam generis sui conseruasset. Sed potuit fortasse Cyrillus, quae apud se essent scripta Chrysostomi, incendio damnas: quae vero penes alios plures plura reperirentur. Exemplaria, haud valuit. Subdit Nicephorus: Hoc cum in arcana Nicetae phlogosphi (qui & David dicitur esset) historia & apud alios item innumerum operi hunc meo inferendum esse, quos, dixerit: ne cui ambigere in mentem veniat: quomodo tanta luminaria inimicitia mutua exerceant. ambo ad firmitatem sanctitatem peruenierint, & Ecclesia columina extiterint: inimicitia huiusmodi nullum illorum glorie detrimentum afferentibus, haerentis auctore. Haec quidem hoc anno ipsius Cyrilli sedis exordio coepit, in sequentem quoque annum esse propagata videntur.

IESU CHRISTI Annus 413.

INNOCENTI PAP. ANNI 12. HONOR. 19. THEOD. 6. IMPR.

L HERACLIANI CONSULATI IVSET TYRANNIS. QVI sequitur annus Christi decimustertius supra quadringentesimum, vnius tantum Lucij Consulatu in Fastis reperitur adscriptus, necnon in rescriptis Imperatorum; Quod quidem accidisse scias, non quod praeter consuetum morem vnius dumtaxat Consul creatus fuerit, sed quod eius collega, qui fuit Heraclianus Comes in Africa, tyrannus euasit: cuius rei gratia expunitum est ipsius nomen e publicis monumentis, quod vidimus superius alias factum, cum abolito eadem ob causam Rufini nomine, solus sine collega relictus est Theodorus.

II. De Consulatu enim Heracliani assertores sunt Orosius atque Prosper, suorum temporum ambo scriptores: nam hic in Chronico sic habet: Huius Collega, nempe Lucij in Consulatu fuit Heraclianus (non Herodianus, ut plerique codices legunt) qui novarum in Africa rerum reus: & honorem amisit & vitam. Orosius item haec de ipso habet: Heraclianus interea Africae Comes missus (eo magistratu ab Honorio donatus, quod Stilichonem interfecisset) cum idem Aetalius vmbriam gestaret Imperij, Africae in se uenit aduersum Duces ab eo missos in aetate. Consulatum affecturus est: quo elatus supercilio, Sabinum domesticum suum: virum ingenio callidum, industriaeque solertem, & sapientem nominandam, si animi vires tranquillus studiis accommodasset, generum allegit: cum quo quorundam periculorum suspiciones conparitur fecit. Atque aliquandiu Africanam annona extra ordinem recitata: ipse tandem cum immensa, certe temporibus nostris satis incredibili classe nauium Romanam contemdit: nam habuisse tunc tria milia septingentas naues dicitur: quae numerum ne apud Xerxem quidem praclarum illum Persarum Regem, nec Alexandrum magnum, vel quemquam alium Regem fuisse, historiae ferunt. Is simul ut agmine militum ad Vrbem pergens, litore egressus est, occisus Comitibus Marini territus, & in fugam versus, accepta nauis, solus Carthaginem rediit, atque ibi continuo militari manu interfectus est. Sabinus gener eius Constantinopolim fugit: vnde post aliquantum temporis retractus, exilioque damnatus est. haec Orosius. Porro Heracliani interitum anno sequenti contigisse sub Consulatu Constantii & Constantis, Marcellinus tradit in Chronico. Extat Honorij Imperatoris aduersus Heraclianum tyrannum huiusmodi rescriptum:

Heraclianum hostem publicum indicantes, digna censumus auctoritate puniri, ut eius reserentur insulae ceruices. Eius quoque sacelles pari intentione persequimur. Sed hanc omnibus pri-

Annae Eccl. Tom. 5.

natis atque militantibus licentiam damus, ut omnes proleudi in medium habeant liberam facultatem. Ne inuidiam metuas, qui ad publicam seduxerit criminosum: cum illud specialiter caueamus, ne vilius aliquem eorum aut subtrahendum iudicet, aut celegendum: ne ex eorum facultatibus vel deposita denegat, vel accepta non prodant. Dat. III. Non. Idii. Ratuena post Consulatum Honorij nonum & Theodosij quintum. ita quidem restituendum pro Consulatu decimo Honorij & Theodosij sexto, qui contigit post sequentem annum. Datum enim esse huiusmodi ab Honorio rescriptum hoc anno post fugam Heracliani, satis potest intelligi ex his, quae tum anno superiori, quo rescriptorum Consulatus in uentibus diximus, tum etiam ex his, quae ex Orosio & Marcellino nuper hoc anno sunt dictas: sed id tertius demonstrat sequens ab eodem Honorio Imp. scriptum de abolendo nomine Consulatus Heracliani rescriptum ad Adrianum Praefectum Praetorio e:

Heracliani vocabulum nec priuatum, nec publice vlla memoria teneat: ideoque submouenda esse censemus, quae quicunque sub eo gesta esse dicuntur. Obertate quoque (quoniam certum est scelere eius solemnitate Consulatus esse pollutam) in melius reuocamus: sciatque dominorum voluntas, iterandum esse, quod illo auctore aduertit stare non posse. Semel tamen mutata conditionis beneficium impendendum esse praecipimus: & ita reperti manumissionum consuetudines nunc iubemus: ut nullus sub hac occasione incipiat nolle quod voluit. Dat. III. Non. Aug. Rom. post Consulatum Honorij IX. & Theodosij V. AA. Conf.

Sed quid lugubre accidit post cladem Heraclianam? illud dolendum, quod Marinus dux exercitus traiciens in Africam, perduelles Imperij persecutus, Marcellinum illum Tribunum & Notarium, Cognitorem missum & sequentem conciliationis inter Donatistas atque Catholicos, virum eruditione spectatum & pietate insignem, prodicione Donatistarum, calumniam passum studuisse parti Heracliana, occidi iusserit. hoc quidem est quod S. Hieronymus de eo ait d: Marcellinum sub inuidia tyrannidis Heracliana ab hereticis innocens casus est. Sed quoniam hi haeretici in Africa, nisi Donatistae in ipsum infensissimi? Ob id igitur titulo martyrii in Ecclesiasticis tabulis referri meruit, & anniuersaria memoria honestari: de eo enim ita in Romano Martyrologio 8. Id. April. Carthagine S. Marcellini martyris, qui ob Catholicae fidei defensionem ab haereticis occisus est.

Deo etiam haec Orosius e: Marcellinum Marinum Comes apud Carthaginem (incertum est, & solo stimularus, an auro corruptus occidit. Qui continuo reuocatus ex Africa, saluus, priuatus, vel ad penam, vel ad penitentiam conscientia sua dimissus est. haec Orosius. Putauerunt enim Donatistae, vna cum Marcellino se extinguere & abolere potuissent, quae eo praesente confecta essent aduersus ipsos Acta publica, sed Honorius voluit eadem facta recta atque firmiter in perpetuum custodita, cum anno sequenti ad Iulianum in Africa Proconsulem aduersus eos ita referri iussit:

Notione & sollicitudine Marcellini spectabilis memoria viri contra Donatistas gesta sunt ea, quae translata in publica monumenta habere volumus perpetim firmitatem. Neque enim morte Cognitoris perire debet publica fides. Dat. III. Kalendas Septembris, Constantio & Constante Conf. Quantum vero Honorio Imp. Christiano quoque Senatui displicuerit obitus Marcellini, inde accipere potes, quod Marinus ipse Dux, qui ob ingentem sine sanguine partam victoriam, atque Africam Romano Imperio restitutam, ipsamque Rempubl. a seuerissimo tyranno liberatam, nobilissimum fuisse reuere consecutus triumphum: Romam reuersus, non solum eo priuatus est, sed exutus militia, in ordinem reductus, ad poenitentiam pro expiando graui scelere damnatus fuit in vitam relictus: sed & fuisse vindice legum gladio truncatus capite, nisi indecens visum esset sanguine fontis, infantis martyris vlcisci linguam. Sed de Marcellino haec tenent.

Quod rursus ad Heracliani tyrannidem pertinet: ad hanc plane referenda sunt, quae Sancti Hieronymus, tacito nomine, de eodem scribit in epistola ad Demetriadem,

R 3 quam

\*procedum di.

c. 13. de instr. h. i. qua l. b. 1. ran. C. Theod. IV.

V. MARCELLINI INNOCENTIS OCCIDITUR.

A Hier. c. 18. Pelag. l. 6. 3.

VI. e Oros. l. 7. cap. 42.

El. 5. de bar. C. Theod. RES GESTAE VBI MARCELLINO SERVATA INTEGRAE.

VII.



EOREGI- VMFA- CTVMDE- METRIA- DIS VIRGI- NIS.

a Hier. ep. 8. VIII. CLARISS- NEMEFAMI- NAE EX GAL- LIA EX- TORRES- OB BARBA- ROS.

IX.

b. x. 4. c. Epist. 6.

DELECTO- AV VESTES- MONASTI- CAS IN- DVIT. X.

XI.

quam quidem hoc ipso tempore datam esse, inde certum deducere argumentum, quod idem S. Hieronymus in eadem epistola testatur, se ante annos circiter triginta scripsisse epistolam ad Eufochium de Virginitate, quam ab ipso elaboratam fuisse anno Domini trecentesimo octogesimo tertio, superius suo loco demonstratum est. De Heracliano equo enormibus vitis ex S. Hieronymo superius diximus, cum de Proba, Iuliana, & Demetriadis in Africam ex vrbe appulsi egimus. Porro hoc tempore contigit ab eadem Demetriade edi egregium Christianae pudicitiae specimen, cum ipsa virgo oppugnata iam sponso exinopinato cum habitu mutans vitam monastico habitu est professa vitam monasticam. Quam autem admirandi id fuerit exempli, haud intelliges, nisi in memoriam reuocet, quae de horum nobilissimo genere ad calcem quarti superius dicta sunt. Didicit haec S. Hieronymus a clarissimis feminis Gallicanis, quae fugientes barbaro anno superiori (vt videlicet) grassantes in Gallias, nauigaturae in Palaestinam ad loca sancta, vi ventorum in Africam iactatae fuerunt. Factum vero egregium S. Hieronymo ita describitur:

Auam sanctae & nobilissimae faminae, quae eam (nempe Demetriadem) viderunt, quae norunt, quae de litore Galliarum ad habitato- nem sanctorum locorum, hostium per Africam compulsi sua tempe- stas, nocibus & secreto, consensu tantum virginibus Dei, quae in matris & aua comitatu erant, nunquam eam lincentium, nunquam plantarum usum mollicie, sed cilicolum in nuda humo habuisse pro- stratum, iugibus faciem rigasse lacrymis, Salutarium mente genibus aduolutam, vt suam reciperet propositum, vt implet desiderium, vt aua animam matrisque moliret. Quid vltra differo? Cum iam nuptiarum appropinquaret dies, & fuguro matrimonio thalamum pararetur, secreto & absque auitris, noctemque habens pro solatio, talibus se fertur armis consiliis: Quid agis Demetrias? cur pudicitiam tanto pauore defendis? libertate opus est & audacia. Quae sic in pace metuis, quid facies in martyrio perpetuando? Quae inuicem vultum ferre non potes, quomodo sustineres tribunalis persecutio- nem? Si te virorum exemplis non pronocant, hortetur, faciatque secu- ram beata martyr Agnes, quae & atatem vicit & tyrannum, & titulum castitatis martyrio consecravit. Nescis, misera, nescis, cui vir- ginitatem tuam debeas?

Dudum inter barbaras transiisti manus: auae matrisque sinu & pallio regebaris: videris te captiuam, & pudicitiam tuam non tua potestate, horruisti truces hostium vultus: raptae virginis Dei gemitu tacto conspexisti. Vrbis tuae, quondam Orbis caput, Romani populi sepulchrum est: & tu in Libyae litore exulem virum exul ipsa accipies? quam habitura pronubam? quo dudenda comitatu? stridor Punicis linguae proccacia tibi Esfennina cantabit. Rumpet moras o- mines: Perfecula Dei dilectio foras mittit timorem, Assume & sca- rum fides, horum in iustis, galeam salutis, prodele ad prelium. Ha- bet & pudicitia seruaeta martyriam suam. Quid metuis auiam? quid formidas parentem? forsitan & ipsa velint, quod te velle non credunt. Huius & alius compluribus inflammati stimulis: omnem cor- poris cultum & habitum secularium, quasi propositi sui impedimen- ta proicit: pretiosa monita & ex aucto consiliis rationes, ardentesque gemma vedantur serinib: vili tunica induitur, viliori togae pallio, & imperata aua genibus repenti pronoluitur: stera tantum & plan- ctu, quae esset, ostendit.

Obstupuit sensa & grauis femina, Proba aua, alienum habi- tum in nepte conspiciens: mater gaudio stabat attonita: vtraque verum non credere, quod verum esse cupiebat. hestit vox faucibus, & inter ruborem & pallorem, metumque atque letitiam cogitationes varie nutabant. Succumbendum est huic loco: neque narrare aggre- ditur, quod dicendo miras faciam. Ad explicandam incredibili gaudio magnitudinem, & Tullianae fluuius sic aetur ingenii, & con- torte Demosthenis vibrat, sententia tardius languidiusque ferren- tur. Quicquid potest cogitare animus, quicquid sermo potest expli- care, illo in tempore factum est. Certum in oscula neptis & filiae ma- tris & aua ruit: vbertim fieri pra gaudio, iacentem manum atollere, amplexarique trepidantem: agnosceret in illius proposito mentem sa- nam & gratulatur, quod nobilem familiam virgo virginitate sua nobi- liorem faceret: inuenisse eam, quod praesaret generi, quod Romanae vrbi coneres mirgaret.

Ipsi bone, quid viliud in tota domo exultationis fuit? Quasi ex adice fecunda multa simul virgines pullularunt: exemplum pa-

trone & domina secuta est clientum turba ac famularum. Per omnes domos ferrebat virginitatis professo, quarum cum in partem esse in car- ne condito, vnum erat premium castitatis. Parum loquor. Cantica per Africam Ecclesiae quondam exultantem tripudio: non solum ad vrbes, ep- pida, viculisque, sed ad ipsa quoque magalia celebris fama penetrant: omnes inter Africam, Italianam, in iulebris rumore repletae sunt, & in- offenso pede longius gaudia cucurrere. Tunc iugubres vestes Italia muta- uit, & seminata vrbs Roma moenia pristinum ex parte receperit fulgorem, propitium sibi existimantes Deum in alumna conuersione perfecta. Putatis extrinsecum Gothorum manum, & colluuiem perfuga- rum atque seruarum, Domini de super intonantis fulmine concidisse, & paulo post: Penetrant hic rumor Orientis littora, & mediterani- ceni quoque viribus Christianae gloriae triumphum audire est. Quae virginitas Christi non huius se societate iactant? Quae mater non tu- am, Iuliana, beatum clamat vrum? haec & alia Hieronymus, qui & de virginis dote summa Christo sponso collata sub- dit:

Fertur (inquit) & omnium Christianorum laude celebratur, quicquid fuerat nuptiarum preparatum a S. Christi synode? Proba scilicet ac Iuliana, virginem aditum ne sponso fieret inuicia: immo vt dotata pristinis opibus veniret ad sponsum, & quod in rebus mundi perituum erat, domesticum Dei sustuleret inopiam. post haec autem Sancti Hieronymus de eiusdem generis nobilitate plura, quae nos alia occasione superius. Quod vero maxi- me omnium profuturum virgini existimauit, idem Sancti Hieronymus ea epistola ipsam adiuuauit, vt Origenianae haereticis venena vitare: cur autem hoc, dicemus postea. Cum vero exordia repetit delatae ex Oriente Romam ha- resis, dum sub Anastasio Papa per Ruffinum aduectum est Romam Petriarchon Origenis, haec adiecit: Et quia veteris, immo ramore cognosco, in quibusdam adhuc viuit & pullulare ven- nata plantaria: illud te pio charitatis affectu praemonendam viro, vt Sancti Innocentii, qui apostolica cathedra & supradicti vni successit & filius est (nempe Anastasij) Papae tenet ad fidem nec peregrinam (quam tibi prudens calliditasque videtur) doctrinam recipias. Solem enim huiusmodi per angulos muscitare, & quasi iustitiam Dei quere- re: Cur illa anima in illa est nata pronuncia? Quid causa exiit, vt alii de Christianis nascantur parentibus, alii inter feras & sauis- simas nationes, vbi nulla Dei notitia est? &c. monet vehementer, vt caueat Origenista, eodemque, in Pelagianum nomine co- mutatos. Sed in his illud confidera: Quid est, quod scribit ad virginem in Africa agentem, vbi adest S. Augustinus tra- toperet ipsius Hieronymi litteris commendatus, vt Inno- centij Papae fidem tenet & sequatur, nec meminit Augu- stini nisi quod ferret, illibatam eam in sede Petri certius quae stodit, sicque e fonte ipso puro potius, quam ex tuius aqua salutis petendam esse demonstrans: quod ipse exemplo & verbis docuit; quae de fidei veritate Damasum Papam sepe consuluit. Sed ad Demetriadem.

Haec igitur professa domi Sancti Demetrias, solemnitu palam postea in ecclesia ex praescripto Ecclesiastico more perfecit, de quibus ista idem S. Hieronymus habet d: Scio, quod ad impetrationem Pontificis flammam virginale san- ctum operit caput, & illud apostolica voci infigne celebratum sit: Volo e autem vos omnes virginem castam exhibere Christo. Quando f. alita Regina a dextris eius, in vestitu deaurato, circumdata varieta- te, qua veste polynita & multarum virtutum diuersitate contexta indutus fuit & Ioseph, & Regem quondam vrbis auctur filia. Vnde & ipsa sponsa letatur, ac dicit (ipsa videlicet, quae Deo dicatur vir- go) Introduci h me Rex in cubiculum suum. Sodalitum, respondet choros: Omnis gloria filiae Regis intrinsecus, haec pauca, reterat ex antiquis in velandis virginibus Ecclesiae carmonis S. Hieronymus.

Quod vnde tanta haec Demetriadi? Exquirendus quidem est tanta molis sapientissimus architectus. Fuit hic Sancti Augustinus, qui de sancta virginitate cum illa sermonem habuit, puto agere annum, cum occasione publicum cum Donatilis Collationis Carthaginem se contulisset: i- ple enim Augustinus in Epistola, quam postea dedit ad Iulianam eius matrem, haec habet k: Ministerii nostri, adu- uante gratia & misericordia Saluatoris, in domo nostra tantus

DEMETRI- ADIS EX- EMPLO ANCIENS- VIRGI- NVM NV- MERVS.

XII. DEMETRIA- DIS DVB- GENS COL- LATA PAV- PERIBVS.

XIII.

XIV.

k. Epist. 143

fructus



fructus exortus est. ut humani nuptii tam parata, sancta Demetrius spirituales sponsi illius praeferret. amplexum, cui spolio praefectus hominum ad habendam spiritus uberores facultatem, nec ad amittendam carnis integritatem virgines nubunt. Nescimus autem, quem admodum nostra illa tunc exhortatio a fidei et nobis virgine fuisse accepta, nisi nobis profectis, cum post paululum professi fuisset sanctimoniam virginalem, hoc ingenio dolo- num, quod per sermos quidem suos plantat a & rigat, sed per se ipsum, dat incrementum, novo operis aris provocasse, vestram litterarum latissimo nuncio & veraci testimonio diceremus, haec Augustinus. Ipse namque Proba & Juliana reddiderunt de his omnibus certiores quamprimum S. Augustinum, quem sciret magno peregrinatum domumque ad eum dem nuptia- le miserunt, quo ipse accepto, gratulatorias has perbreves litteras reddidit:

XV. Impulsus gaudio cor nostrum, tanto iucundus, quanto carini- tento gratius, quanto citius. Vestra namque scriptis sanctimoniam virginalem, quam quacumque innotuit: ac per hoc vobis fama celebratissima praedicat, velocissimum volatum eius fulgore atque certiore litterarum nuncio praevulsi: Et prius nos festis exultare de cognito tam excellenti bono, quam dubitare de audita. Qui verbi explicet? quos digno praesentio prosequatur, quantum incomparabiliter gloriosus ac pulcherrimus habeat ex vestris sanguine formosus virgines Christi, quam viros Consules mundus? Nam vulnosa temporum si magnam atque praeclearam est nominis dignitate signare: quanto est maius, proclarius, cordis, corporis in- repretare transgredere? Magis itaque gaudeat puella nobili genere nobilitate sanctitate, quod sit per diuinum consortium praecipuum in caeli consecrata sublimitatem, quam si esset per humanum connubium prolem propagata sublimem. Generosius quippe elegit Antiana potentiam tam illustrem famulium bene nuptias nesciendo, quam multiplicati pariendo, Et in carne iam imitari vitam Angelorum, quam ex carne adhuc nunciatum augere mortalium. Haec est vberior facundiorque libertas, non ventre graui serui, sed mente grandisere: non latebete pectore, sed cor de corde serere, non visceribus terram, sed calum orationibus partem. Dominarum honore dignissima filia, per fructum in illa quod desit vobis: persequerit vsque in finem, adhe- rentis coniugio, quod non habet finem. Inuentur eam multa for- mine dominam, ignobilis nobilitatem, fragiliter excelsa excelsus humilium. Virgines, que sibi optant Anticorum claritatem, elegant sanctitatem: illud enim quantalibet cupiditate quando assequen- tur hoc autem si plene cupierint, mox habebunt. Protegat vos in- colentes & felicitates dextera Altissimi, domine honore dignissima, & praesentissima filia. Pignora sanctitatis vestra praecipue ipsam sancti- tatem praecipuum debito vestris meritis officio dilectione Domini salu- tatum. Velationis apophoretum gratissime accipimus, haecenus Augustinus.

XVII. Sed & S. Prosper quo celebravit elogio Deo dicatam virginem Demetriadem accipere: Valde inquit e) mirabile erat, & inter praecipua diuinae gratiae exempla adnumerandum, quod virgo Antiana super omnes ad fastigium beatae nobilitatis euectae, de cuius sanctitate animae atque animae responsura posteritas & fami- liae vultu expectabat, & patrie, conuerso repente animo, desiderio caelestium nuptiarum, declinasti mortale coniugium: & ut omnem pro- spiciam tuam citam huius virtutis titulo consecraret, primam scriptis tuae perpetuam & virginem filio virginis spondidisti. haec & alia Sancti. Prosper in epistola, quam ad ipsam scripsit Demetriadem Deo sacratam virginem. Vides, quos quantisque sanctorum Patrum praemonis, spiritualium nuptiarum epithalamis, Demetriadis dicata Deo virginitas fuit ce- lebrata ut intelligas, quo pretio semper in Ecclesia fuerit sancta virginitas, ex qua sublimis quaque nobilitas decorem accipit & ornamentum.

XVIII. Sed quid accidit? crocitare impotente nuptialis voluit inter canentes olores, & in tanta caelestium nuptiarum festiua solatia conatus est inter lilia ferpens latentem lubrigas anguis irrepere. Pelagius enim etiam per praeconeum suum Caelestium propositis quaestionibus (vt vidimus anno su- periori) haereticis venena spargere: ipse tamen sub sancta- tis pallio adhuc latebat occultus: qui congratulaturus no- uae Christi sponsae, quasi sponsale munus eidem exhibiturus, epistolam patrepticam, seu dixerimus potius librum (ita enim nominat Augustinus) ad ipsam misit, quae haec-

enus extat: sed cum apud sanctos Hieronymum & Augu- stinum inter eorum opera edita reperirentur, a simplicioribus eadem vel Hieronymi, vel Augustini crediti est: verum licet eorum non esse, sed haereticus potius hominis scripto cognita fuerint: sub incerti tamen adhuc auctoris titulo in reiectaneam appendicem ad eorundem Parum opera re- lata, tanquam quisquiliae & sordes, in angulo manet d' Ce- terum vere Pelagij esse, non solum Pelagij errores in ea po- ssa Pelagianis omnibus & communibus indicant, sed testifica- tione S. Augustini, immo & ipsius Pelagij, habetur expres- sum. Est autem epistola seu libri ad Demetriadem (vtroq; nomine eam vocatam inuenimus) eiusmodi exordium: Si humo ingenio parum, sed scientia, &c.

Quod autem proprium est haereticorum, clandestinis, instar colubri, spiris in corpore eodem, quem ad Deme- triadem librum scripsit, suum tacuit nomen: sed voluit Deus, vt per aliam ab eo scriptam epistolam, tum suam, tum & Iulianae virginis matris nomen, expresserit: id enim S. Augustinus in epistola ad ipsam Iulianam scripta docet, dum de eodem libro agit his verbis: Tu quo (inquit) quam- uis ve: ipsius, nec tunc reuerenti nomen expresserit, tamen a matre virginis, vt ad eam scriberet, a se postulatam esse, commemorat. In quadam vero epistola sua idem Pelagius, vbi & nomen suum aperte sine ponit, nec nomen sacrae virginis tacet, dicit ad eam scripsisse: & eiusdem sui operis testimonio probare nititur, se gratiam Dei quam vel tacere, vel negare asseruit, aperitissimè confiteri. Sed verum ipse sit liber, in quo de spiritualibus diuitiis illa verba posuit, vel vtrum ad vestram peruenit sanctitatem, & scriptis vestris petimus nos dignemini facere certiores. haec ipse cum aliquo scriptum librum esse Pelagij, cum confutat positus in eo blasphemias sententias, in libris de Gratia Christi Augustinus praef- firmet, sicut fecit in dicta epistola ad Iulianam, in qua ponit verba Pelagij eadem atque refellit, vt inter alia cum in libro illo haec leguntur: Scribimus enim, petente sancta matre eius, immo iubente, quae quidem verba magnopere ipsius Augustini animum perculerunt veriti, ne tum mater tum filia Babylonis aut e calice potarentur. At tum id verum esset (quod haud ita exploratum haberetur, cum haereticis multa eiusmodi fingere consueverint) id discere ab eis im- pte stuidit Augustinus.

Sed esto rogarit ac iusserit, vt ea ad Demetriadem scriberet, Iuliana Pelagium, haud tamen in suspitionem addu- cenda est haereticis Pelagianae. Quod enim haecenus Pelagij nomen, vt potè monachi, bene audisset etiam apud sanctos viros, & inter alios apud ipsam quoque S. Paulinam Nolanum Episcopum (vt suo loco superius diximus) haud crimine haereticis ipsa infamanda est Iuliana; si quid ab eo ad virginem scribi, litteris postulat: nã de sacris filiae nuptiis (vt vidi- mus) ad S. Augustinum quoque litteras dedit, & ad alios etiam (vt puto) magni nominis viros. Caeterum ipse S. Au- gustinus vt haec accepit, ne haulum ex epistola illius lec- tione venenum mortem eidem asserret, euestigio para- uit atque propinauit antidotum, scribens ad Iulianam, quae ab ipsius Augustini ore pendebat, epistolam si qua spatiosa in illo Pelagij libro haereticis spongia detur.

Nec id sibi satis esse Augustinus existimauit, vna episto- la confutasse Pelagij in eo libro conscriptas haereticas: sed addidit alia, multumque fuit in his: nam libro postea scripto aduersus Pelagium & Caelestium de Gratia Christi, eadem scri- pta saepe refellit, vbi eiusdem epistolae seu libri saepe memi- nit. Demum eo procacitate ventum est, vt nec ipse Pelagius negarit illum esse suum, sed gloriaretur: nam ita de eo Au- gustinus g: Sicut de gratia Dei sentit in eo libro, quem ad sacram virginem scripsit, cuius etiam commemoratorem facti in litteris, quas Romanis misit. citabat suum librum Pelagius, his scilicet verbis ab eodem Augustino redditis: Legant etiam (inquit) quam ad sacram Christi virginem Demetriadem in Oriente conscripsimus epistolam, & inueniunt nos ita hominis lau- dare naturam, vt Dei semper gratia ad domum auxilium. Sed quam perperâ abuteretur ille nomine gratiae, pluribus docet. Haec & alia perlegens Beda, i absq; cotrouersia epistolam illam ad Demetriadem, nouit Pelagij esse forum: eamque & intel- lexit S. Properi esse epistolam illam ad eandem virgi- nem Demetriadem, quae haecenus scripta in codicibus

Abba S. Hieron. & Aug. tom. 2. in append. e. p. 7. edit. Plantin.

XVIII. PELAGIUS CLANDESTINA IN- FVNIT- VENNANA.

AVGVSTI- NVS IN SVR- GIT CON- TRA PELA- GII.

XIX.

Aug. epist. 148.

XX. CONFVTA IVR- V- QVE AB AVGVSTI- NO PELAG.

Aug. de Gratia Christi lib. 1. c. 22. h. Eod. c. 37.

Bed. in pref. in Cantor.



Apud Ambros. ep. 24  
XXI

epistolaram S. Ambrosij ipsi tributa est S. Ambrosio, cuius est exordium a: *Cum splendidissime sanctimonie tuae propositum.* &c. qua quidem nihil aliud vir sanctissimus & huiusmodi Catholice propugnator acerrimus conatus est, quam Pelagij assertionibus aduersariam stabilire doctrinam, & confirmare solidam veritatem.

Apud Aug. in 1. 1. 1. IULIAN. E. FIDES SIN. CERA.

Quod rursus ad Iulianam Demetriadis matrem spectat: quam procul abfuerit ab omni heresis suspicione, qua videri poterat ex Pelagij litteris professa fuisse: ipsa his verbis ad Augustinum antea scribens professa fuit b: *Non erit inquit sacerdotium vestrum, longe me ad dominicam meam ab his iudeis personis esse dicitur: omnino familia vestra adeo Catholice sequatur fidem, vt in nullam heresim aliquando deuiuerit, nec vniquam lapsa sit, non dico in eas sectas que vix expiantur, sed nec in eas, que paruos habere videntur errores.* hęc ipsa, plane significas caruisse penitus domum suam heresibus illis, quibus Dei ipsius labefactaretur natura atque potentia, vt Arianorum Macædonianorum, & horum simulum, vel Manichæorum, quorum comparatione relique hereses parui censeri viderentur erroris: licet S. Aug. ipsam postea docuerit, haud fuisse Pelagij leues errores. Quæ igitur hæcenus vna cum suis integra, pura; ab omni heresi vel leuissima tinctura vixerat, ab Augustino admonita, eodem candore reliquam vitæ tempore exegit.

XXII. AVGVSTINVS QVÆSCRIPSIT AD IULIANAM ET PROBAM.

Quod enim post hæc tempora plurimus annorum curricula eadem Pelagiana heresis cum eius sectatoribus Patrum scriptis, facilius sepe Conciliis tum in Oriente, tum in Occidente Romæ atque Carthagine & in Palestina celebratis, sub Innocentio & successoribus Vrbis Pontificibus fuerit ventilata, confutata, damnata, atque proscripta; neque post hæc de eadem Iuliana sit aliqua querela: eadem qua antea, semper perseverasse integritate, iure merito que censenda est: sicut & sancta Proba, que cum hoc tempore esset in Africa, ea bene via occasione, ab eodem S. Augustino, quem sciret eximium in Ecclesia fulgere doctorem, de orando Deo ab ipso commentarium petit, quem & consecuta est eitemque ipsa Iuliana eundem Augustinum interpellans, de bono viduitatis ab eo tractationem accepit. Id quidem post hæc tempora factum esse, quæ in fine eiusdem commentarii idem S. Augustinus habet, declarant his verbis d: *Ordinatisimè quippe pronunt, vt matri vestra iam grandæus de oratione epistolam scriberem: ad ipsam quippe maxime pertinet orando concertare pro vobis, quæ de se minus est sollicita quam de vobis.* Et vt ad potius, quam ad illam hoc de continentia viduati opusculum facerem, quia tibi super ea adhuc restat, quod iam etas illius superavit. Virgo autem sancta proles vestra, si aliquid de sua professione desiderat, ex laboribus nostris habet grandem librum de sancta virginitate, quem legat. hæc ad Iulianam Augustinus, quam & litteris Innocentij Papæ magnopere scias esse laudatam: quas ipsa eadem ex causa, qua S. Augustinus ad eam scripserat, esse datas intelligas, sunt huiusmodi, perbreues ipse quidem e:

epist. Rom. Pontif. 11. XXIII. INNOCENTIVS PAPA SCRIBIT AD IULIANAM.

Singulare membrum Ecclesie, tue religionis amplitudinem existere, & a nobis reuerentissime eâ, satis est omnibus manifestum. In ipso enim apice nobilitatis multo nobiliorem Ecclesie deuotionem impendit. Et magis læta Christi agnitione, præceptis eius obtemperas, & de fide potius exultas, quam tanti generis flore laetaris. Summe virtutis est, vixisse gloriam carnis: & magna est Christi gratia nobilitatem moribus superasse, domina ipsa merito illustris. Certe iugiter & ista huius vitæ (quæ nunquam sunt) spatia æterni diuini que officii illustrare contende: vt qui insignem te præstitit, reddat sibi per secula clarior. hæcenus Innocentij Papæ ad Iulianam epistola.

XXIV.

Odoratis ne lector, cur hæc Innocentius epistolam scripserit, ac percipis, quo eiusdem argumentum tendat: intelligis in ea, tamquam in phæretæ, abscondi sagittâ, ad feriendum Pelagium? Quidnam virus ille in epistola ad Demetriadem quod tantopere displicuit Augustino accipere fit spirituales verò (inquit) diuitias nullas tibi, præter te, conferre poterit. In his ego iure lætanda, in his merito ceteris præferenda es, quæ nisi ex te & in te esse non possunt. hæc Pelagius, in quem Augustinus: *Certe nempè, quanta in his verbis sit cauenda pernicietas. Nam vti que quod dictum est, Non possunt esse ista bona nisi in te optime & verissime dictum est: iste plane alius est. Quod*

Apud Aug. ep. 143.

vero ait, Non nisi ex te: hoc omnino verum est, &c. Innocentius igitur Romanus Pontifex, cum sibi innotuisset vulgata illa Pelagij ad Demetriadem epistola: & ipse occurrit antidoto, & quam miræ arte compositum propinauit illud, eum vno ductu calami, quid sentiendum esset, quid sanctæ pieque Romana custodiret Ecclesia, verbis illis significauit: *Magna est Christi gratia, nobilitatem moribus superasse, domina filia.* Vidisti verborum antithesim, & tanta vocis tonitruum confiderasti, quo illam reddidit cautior in pietatis officio contineret, & insipientem lupum sub ovina pelle conficeret? Sic igitur tum litteris Augustini & Prospero, tum breui illa Innocentij Papæ epistola facta est, vt sancta familia ab irrepente clanculo heresiarcha fuerit custodita, atque in omnibus illa seruata. Inde etiam euenisse scias, vt scribens postea S. Hieronymus ad eadem virginem Demetriadem, illa de inherendo doctrinæ Innocentij Papæ magnopere inculcarit, quæ dicta sunt superius, hæc autem (quod rerum exigat argumentum) vtiliter repetenda: *Illud inquit, te pro charitatis affectu præmouendam puto, vt sancti Innocentij, qui Apostolicæ cathedrae & suprædicti viri successor & filius est, tenas fidem, nec peregrinam (quamvis tibi prudens & callida videaris) doctrinam recipias, &c.*

Præterea autem scripsit & idem Pelagius ad viduam quam Cam, blanditius eam atque adulatione demulcens, ex qua epistola hæc S. Hieronymus recitat, que subannat g: *Eadem adulans vidua, non erubescit dicere, pietatem, que nullam reperitur in terra, & veritatem, que vbi que peregrina sit, in illa potissimum commemorari.* & paulo post: *Docere est hoc, an occidere lenax de terra, an precipitare de celo: id muliercule tribuere, quod Angeli non audiant vsu paræ? Si autem pietas, veritas, atque iustitia non inueniantur in terra, nisi in vna muliere: vbi erant iustitiam, quos ab ipse peccato in terra efficiat abas? Quod igitur hoc anno Pelagius, qui hæcenus per Celestium, Selestum dicendum potius, heresim (vt vidimus) aggressus fuerat promulgare, iam quid sentiret, vulgata ea ad Demetriadem epistola, penitus innotuit: inde accidit, vt sub anni huius Lucio Consule idem qui supra S. Prosper in Chronico tradat, Pelagij heresim hoc anno innotuisse, quam tamè in Celestio scimus Carthagine fuisse damnatam. Reliqua autè de Pelagio dicemus anno sequenti, & aliis, vt ratio temporis exiget.*

Hoc eodem anno Burgundiones partem Galliarum Rheno proximam obtinuisse, idem Prosper testatur in Chronico necnò Calliodorus. Hos olim à Valentiniano Imperatore sollicitos aduersus Scotos inuadentes Romanum Imperium anno Domini trecentesimo septuagesimo, sub Consulatu Valentiniani atque Valentis tertii, auctor est Ammianus hęc ait, Burgundios i fuisse populos in Germania confines Alemannis, eosdemque inter se munito pro finibus certare consueuisse &, gloriari que solitos se lobolem Romanam, quemadmodum Bataui & Edui se Romanorum fratres dixere quadam ostentatione barbarica. Quomodo vero sint dicti Burgundiones à Burgis Orosium / consule, licet dicta ab eo haud omnibus placeant. De ipsorum vero Burgundionum Christianitatis origine ac tempore Socrates magis agit, atque Orosius; sed minime inter se consentiunt: etenim quod ad tempus pertinet, alter sub Honorio, alter sub eius successore Valentiniano Augusto, eius nominis tertio, refert, sed præstat, mea sententia, adire Orosium, qui Honorij Imp. res gestas cum prosequitur, de Burgundionibus iam ad Christi fidem conuersos meminit, vbi hæc ait de iisdem iam in Gallis sedem habentibus: *Prævidentia Dei omnibus Burgundiones Christiani modo facti, Catholica fide, nostris clericis quibus obedirent receptis blandè, manserunt, innocenter, viuunt, non quasi cum subiectis Gallis, sed verè cum fratribus Christianis.* hæc Orosius. Ex quibus intelligas, errore lapsum Socrate, qui eorum ad Christi fidem conuersionem refert, vt videmus ad tempora Valentiniani Tertij Imperatoris, qui successit Honorio: nam ista scripsit Orosius (vt ipse testatur) viuente adhuc Honorio, ante octo annos quam Valentinianus imperaret, anno Domini quadringentesimo decimo septimo; ex eo perspicue colligitur, dū ibi in fine operis numerat ab origine mundi quinque mille sexcentos decem & octo annos, & Christum natum tradit anno quinque millesimo centesimo nonagesimo nono.

Quomodo

XXV. Hic etiam Pelagij.  
XXVI.  
h. Amian. l. 12. l. 12. l. 12. l. 12.  
Orosius l. 7. c. 22.  
Orosius l. 7. c. 22.





XXVII. Quomodo vero contigerit Burgundionum ad Christianam religionem conversio; ab ipso Socrate ita describitur a: Rem plane memorabilem eodem ferme tempore gestam, hoc loco commemorabo. Est gens quaedam barbara locum trans Rhenum fluminem incolens, quos vulgo Burgundiones vocant. Ista vitam a Republica gerendam venotiam perpetuo degunt, sunt autem fabri lignarii omnes, & ex ea arte mercedem, quae sustentat vitam, acquirit. Huiusmodi gens crebro in eorum fines invasionem faciens, agros depopulata est, & complures villas non raro trucidavit. Atque illi non ad bonum villam auxilium petendi causa confugerunt, sed Dei alacritate potestati se totos permittere, in annos inducunt. At cum mentis compellerentur, Romanorum Deum illis, qui cum iuravit & reuerentur, firmum asserere praesidium: omnes compositi consensu ad credendum in Christum se contrulerunt: atque ad civitatem quendam Gallia profecti, postulant ab Episcopo, ut Christianorum baptismum donentur. Et cum illi septem dies praescripserit ad iterandum, eos, in fide eruditisset, octavo die Lautaco baptizatus tunc, & cum pace dimisit. Illi vero anno silenti contra tyrannos gradientur: nec sperare cessant. Quippe p. v. anno Hunnorum Rege nocte, cum se ab omnino impugnet, nullo di. fraps, Burgundiones Hannos ducentos adorti, pauci enim permulsi, tria enim milia contra decem impetum facturi commisso proelio, victoriam consequuntur. Ex illo tempore gens ea Christianam religionem ardentius studio excoluit, haec enim Socrates. Ceterum bellicosissimos fuisse Burgundiones, & multitudinem ac viribus praefasse, tradit Ammianus. Quod vero ad tempus huiusmodi ipsorum conversionis ad fidem spectante Anastasium Papam dicendum esset contigisse Burgundionum Christianitatem, si in omnibus legitima demonstrari possent, quae exat eius nomine epistola ad Episcopos Germaniae & Burgundiae.

XXVIII. Hoc eodem anno in Oriente Theodosius Imp. Eunomianos sepe damnatos, nouo rescripto exagitauit, simulque Anabaptistas vltimo supplicio afflicendos. Idemque aduersus Nouatianos illos, qui ab aliis Nouatianis diuini schismate, Pascha alio modo quam Nouatiani reliqui, cum Ecclesia Catholica celebrandi suscepisset, ob idque Protopapichitarum sibi nomen imponerent, proscriptioe & deportatione damnauit. Porro horum Nouatianorum inter se his temporibus conflictantiu schismatis Socrates meminit, notq; suo loco superius diximus, nimirum quod si Pascha alio modo celebrandi dicebant, nempe in azymis, quorum auctor Sabbatius erat, a quo Sabbatiani ipse sunt appellati. Accedit namque, ut hoc tempore (sicuti vidimus) Nouatiani ipsi a Cyrillo Alexandrino Episcopo, & ab Innocentio Romano Pontifice exagitarentur, pellerenturque ex ecclesiis, quas in hanc usque diem tolerati in pace possederant. Sed & diuino quoque iudicio iude ostensi sunt esse repulsi, miraculo nempe illo, quod a S. Paulino describitur in carmine ad Cytherium, ubi agit de Martiano naufrago, vecto naue Nouatiani hominis, cum ipsa nauis absque aliqua maris tempestate soluta compagibus, ebibens vndam, deglutitur a mari, Nouatianis omnibus atque ceteris infidelibus, qui in ea erant, pereuntibus; Catholicis fidelibus tantummodo liberatis, & qui illis inhaerent credentes: ita ut magno prodigio calus ipse omnes discereur, qui p. quine impij essent, de his enim S. Paulinus haec inter alia cecinit:

Et ecce variis diuiduntur castris  
Ad mortem, & ad vitam dati.  
Quod ne putaretur sorte pernixim bonis  
Simul tributum, vcl malis:  
Constat perisse Christianum neminem,  
Et interisse perfidos.  
Namque aut in aliquo corde tunc perit,  
Rem aut superis libidinat.  
Quemcumque Christi reclus signauit fides,  
Hanc vita cognouit suam, &c. At de Nouatianis haec

NOVATIANI  
NI ERCTI  
IERRA MA  
RIQUE.

Paulino ad Cyther. epist. 4.

IESV CHRISTI  
ANNUS 414.  
INNOCENTH PAP. HONOR. 20.  
ANNUS 13. THEOD. 7. IMP.

QVADRINGENTESIMVS decimusquartus Christi annus Constantij & Constantis, patris & filij, Consulatus adscribitur Falis: ob res enim in bello aduersus tyrannos & barbaros feliciter gestas, idem Consulatum promerere, nec non adfici ab Honorio in collegas Imperij, sed hec postea Constantij vero virtus hoc anno in expellendis a Gallia Gothis enitit. Hic enim anno, qui quartus a capta ab ipso Gothu Vrbe numeratur, (inquit Orofius p.) Constantius Comes apud Arclatum Gallie vrbem consilium, magna rerum agendam industria Gothos Narbona expulit, atq; abire in Hispaniam coegit, interdicta praecipue, atq; intercluso omni commercio in itinere, & peregrinatione, & commerciorum, haec Orofius, male tamen numerans ab Vrbe condita annos mille centum sexaginta octo, cum numerandus esset sexagesimus sextus, scilicet perperam agit numerans sexagesimum quartum post millesimum centesimum, cum ab Alarico capta est Vrbs; cum sexagesimus secundus sit numerandus ab ipso, qui Christianum natum habet anno ab Vrbe sepingentesimo quinquagesimo secundo. Subdit autem idem Orofius haec de Gothorum ipsorum Rege Athaulpho: Cumq; eodem pace petende atq; offerenda studiosissimi inuolueret, apud Barconem Hispania vrbem dolo suorum (ut ferunt) occisus est. Sed id anno sequenti accidisse, Prosper affirmat, cuius corpus Barcone sepultum, eiusmodi fuit epitaphio honestatum.

BELLIDOTENS VALIDA NATVS DE GENTE GOTHORVM.  
HIC CVM SEX NATIS REX ATAVLPHE TACES.  
AVVS ES HISPANAS PRIMVS DESCENDERE IN ORAS:  
QVEM COMITABANTVR MILLIA MVLTAVIRVM,  
GENS TVA TVNC NATOS ET TE INVIDIOSA PEREMIT:  
QVEM POST APLEXA EST BARCINO MAGNA GEMENS.

quibus habes non ipsum tantum Regem Athaulphum, sed & sex eius filios tum a Gothis peremptos esse. Quod autem Romani in Gothos, quos pacis studiosos & auxiliarios habere ceperat, copias mouerint, illa praecessisse causa videtur, quod Atalus ille tyrannus, qui ab eisdem Gothis Imperium deponere coactus est, hoc anno, ut idem Prosper ait, eorundem Gothorum consilio tyrannidem relumit in Gallis, sed anno sequenti relictus a Gothis, captus Constantio viuis traditus est.

Ut vero Gothi hoc anno expugnarentur atque fugarentur a Gallis, tyrannusque Atalus redimere opprimeretur, Honorius Imp. praesentit, dum enim pro religione certans in Africa expugnat haereticos, Romanus exercitus in Gallis superat barbaros, ut plane vili sint beneficii mutuo certasse Deus optimus Max., & Honorius Imperator, iste haereticos exagitando, ille barbaros atq; tyrannos duellando. Sed reddamus hic datu ab eodem Honorio aduersus Donatistas hoc anno rescriptu: cuius quidem faciendi, atque accelerandi, recentis praebuere causam iude diuinitate tolerati impij Donatista, quorum arte (ut vidimus) sanctissimus vir Marcellinus a Duce Romano exercitus anno superioris fuit occisus. Porro cum putaret vna cum eius morte perisse pariter Acta aduersus eos in publica Collatione coeacta perpetuo in suo robore confirmata, idem Imp. hoc anno dato ob eam causam rescripto sancti necitauimus illud opportuniori occasione superius Quod vero hoc eodem anno aduersus eisdem rescriptu, ita se habet:

Donatistas atque haereticos, quos patenti clementia vestra munus, usque seruauit, competenti consilium auctoritate percellis, quatenus

I.  
GOTHE  
PELLVN-  
FRV E GAU  
ELIS.  
Orof. l. 7. c.  
43.

Apud  
Ambr. Me-  
rat l. 11.  
Chro. Hist.

II.  
HONORIVS  
EXAGITAT  
DONATI-  
STAS.

11. 11 de her.  
C. Theod.  
1. 15 de her  
C. Theod.

III